¶ Fratres mendicantes eatenus ſuis vtantur indultis, quatenus eorũ vſus eſt Eccleſię vtilis, & commodior, quia ſic expreſſerunt multi Summi Pontifices in ſuis indultis. Vbi autem viderint ꝙ eorum vel aliquorum in ipſis conceſſorum vſus non expedit huic Eccleſiæ, ſed plus nocet, quàm prodeſt, deſinant illis vti : quandoquidem hæc poteſtas eis per Summos pontifices collata, in ſuis expreſſa indultis data eſt eis,non in deſtructionem[ſcilicet fidei & bonorum morum] ſed in ædificationem, vt clare concedentes in ſuis exprimunt indultis. Hæc Focher.

¶ Fratres mendicantes ad has partes miſsi vel deſignati à Rege Hiſpaniarum, ſunt huius Eccleſiæ veri miniſtri, vt patet per Bullam Aſexandri. 6. qui has Indias dedit Regibus Hiſpaniarum mandans eis, quod prouideant in ipſis Indis, de miniſtris. Quod ipſi faciũt quando prouident de miniſtris,ſcilicet de Epiſcopis, de curatis, & de fratribus, quos omnes, vt huius Eeclefiæ miniſtros auctoritate Papæ ad has deſtinant partes,& animarũ præficiunt curæ, immo ſic fratres deſignati, merito huius Eccleſiæ miniſtri dicuntur, iuxta dictum Alexandrì. 6. Hæc Focher.

¶ Indul